Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quam certus non fedauit. Et ille quondam futuroq; con
sonus esaias populis et gentibus signum nouae salutis aperiens.
Ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium et uocabunt
nomen eius emmanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Atque ut
aduertamus noui ac ueteris testamenti unum esse consensum
unumque consilium. ait etiam beatissimus lucas dominice generationis relator egregius dicens. Missus est angelus gabriel ad
ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph.
et ait ad illam. Ecce concipies in utero et paries filium et
uocabunt nomen eius iesum. Hic autem hebraeo latino sermone sal
uator dicitur. Ecce qualiter se mutuam concordantibus sen
tentiis testimonia diuina confirmant et cum predican
tium diuersa sint tempora. non tamen diuersa narratio.
Nam partum uirginis quem ille preduxerat iste testatur.
Quis quid de diuinitate xpi. quis de redemptione cunctis
quem et esaias pfitetur dm et gabriel annuntiat sal
uatorem. Quis in tacitum puerpere alium dubitet flo
ruisse qd uno pene ore atq; eodem spu prolocutum euan
gelista angelus et ppha. Ubi tantum talesq; testes non
erubescat ueritas si auditor incredulus confutatur.
Si iam uideamus quas pnobis natus pferat xpc iniurias
quibus ue rursus iniurie ille uirtutibus decoramur. Et
ante omnia feminco sexu se concipi patitur qui in cordio
mundi omnipotenti manu de masculo operatus est fe
minam. Sic hanc humilitatem nascendi uirginalis